



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

3. Illicitas esse, in nouo Testamento, sortes, quibus, sine peculiari Dei dispensatione, aut instinctu, res occultæ, futuraq[ue] vitiosè indagantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

postquam autem Spiritus S. in eos missus est, nullam deinceps Sortem, sed solam orationem, cum ieiunio, adhibuisse. Vnde postea

Aet. 6. & 14. septem Diaconos, & Presbyteros sic elegerunt. Sanè, cum Saluator, qui fallere non potest, nec falli, cuncta promittat orantibus; stultum Matth. 7. 7. & absurdum est, relictâ oratione, quæ promissionem habet; confugere Ioan. 14. 13. Delrius l. 4. ad Sortem, cui se adfuturum Deus, in novo testamento, non reprobavit.

disquis. c. 4. q. 1. disquis. c. 4.

III.

Fernandus Fernandus Vasq. lib. 1. Vasq. lib. 1. Illustr. Controvers. cap. 49. n. 19. De his penit. 26. q. 2. 3. 4. 5. & tot. tit. Ex. de Sortilegij; & apud Lucam de Penna in l. memini mus. C. quā. & quibus quart. pars. lib. 10. c. sortes 26. q. 5.

I. Reg. 6. 7.

IV.

Accurs. in l. 1. verb. pro- hibebit. C.

Secundum documentum. Multò minus licita est Sors, si ad occulta quasi miraculosè detegenda usurpetur. Esto olim & hæc licita, & à quibusdam Sanctis, etiam noui Testamenti, dispensante Deo, fuerit adhibita. Quia quando Deus sibi aliquid referuat, non licet id homini, absque sacrilegij impietate, scrutari, vt è D. Thoma Fernandus Vasquius docet. Certè ob eiusmodi Sortes, multi in Idololatriam lapsi sunt. Quam ipsam ob caussam, variæ grauésque pœnæ in Sortilegos constitutæ reperiuntur. Cum enim occulta hominum facta, quæ per haruspicia, vel auguria, vel diuinatorias sortes inquiruntur, nequeant sciri, si Deus non reuelet, necessum est, dæmonis ope, adeoque Stygia suspicione aut scientia talia velle scire eos, qui Sortibus occulta indagant: sicut & qui, per Sortes conantur futura contingentia prædicere, in quales lata est excommunicationis sententia, c. si quis Episcop. 26. q. 5. & qui per sortes consultorias, inquirunt, quid faciendum, iudicandum ē sit: quæ itidem subanathemate, prohibita sunt; cum non fas sit huiusmodi res, nisi à Deo inquirere; Deus autem, in noualege, ordinariè non velit nos suam voluntatem, per Sortes, indagare. Ut enim maior & perfectior coniunctio dependentiāq; esset, placuit illi, vt diuinam eius voluntatem, à doctrina Ecclesiæ; à sacris litteris eiusdem Ecclesiæ sanctorūmque Patrum authoritate declaratis; à superioribus nostris; à Confessarij; ab alijs doctis piisque viris, non autem à Sortibus, disceremus. Quin neque in veteri lege eiusmodi sortes ac signa, seu omina licita fuere nisi illis, qui ad eiusmodi signa à Deo moti instigati que fuerunt. Vnde, malè ominati sunt Philisthæi, qui ex vaccarum arcā Domini vehen- tium, itinere gressuque, coniecerunt, an plaga eis immissa à Deo, an à casu obuenisset.

Qua ipsa de caussa etiam Iurisconsulti docent, non cuius & indistincto integrum esse, ad iudicium sortis recurrere; sed tumdemum, cum dubium de iure vertitur; factum autem certum est. Si enim de ipso quoque facto ambigeretur, ad Sortis arbitrium idcirco